

Si integra fractis sint coniuncta, integra fractis primùm addito, hinc dicto modo multiplica, vt  $3\frac{4}{5}$  per  $5\frac{5}{6}$ , facit  $\frac{665}{30}$ , vel  $22\frac{5}{6}$ , vel  $\frac{1}{6}$ .

D V P L A T I O.

Numeratorem dupla, vt  $\frac{5}{6}$  duplata sunt  $\frac{10}{6}$ , vel Denominatorem media, erunt  $\frac{5}{3}$ .

M E D I A T I O.

Numeratorem media, vt  $\frac{4}{7}$ , faciunt  $\frac{2}{7}$ , vel Denominatorem dupla, & erunt  $\frac{4}{14}$ .

D I V I S I O.

Diuisorem versus dextram, diuidendum versus sinistram colloca, hinc numeratorem diuidendæ multiplica cum diuisoris denominatore, productum erit numerator. Similiter denominatorem diuidendæ cum numeratore diuisoris, & productum erit denominator. Vt diuidendæ sunt  $\frac{4}{5}$  per  $\frac{2}{6}$ , dico, quater 6 sunt 24, & habeo numeratorem. Hinc quinquies 3 sunt 15, & erit denominator, hoc modo,  $\frac{24}{15}$ .

Quod si fractio per integrum sit diuidenda, numeratorem fractionis diuidendæ per integrum, si possis, diuide, denominatorem subijce, & facta est diuisio. Vt  $\frac{8}{9}$  per 4 diuisæ, faciunt  $\frac{2}{9}$ , quod si diuidere non possis, denominatorem cum integro multiplica, numeratorem suprascribe, vt  $\frac{7}{8}$  per 4 faciunt  $3\frac{7}{8}$ , & facta est diuisio.

DE